

IN DOCTVM ET VERE ELEGANTEM,
De
DICENDI ET DISSERENDI RATIONE,
Tractatum,

Reuerendi & Clarissimi viri,

**DN. DOCTORIS CVNRADI
ASLACHI B. SACRARVM LITERARVM**

IN REGIA DANORVM ACADEMIA PROFESSORIS
celeberrimi, & pro tempore Rectoris Magnifici, collegæ desi-
deratissimi, fratriisque in Christo longe Con-
iunctissimi.

Iambicum Trimetrum.

Gasp. Erasmi Brochmand.

QVi se sacris emanciparunt literis,
Hos eruditionis ignariissimos
Politioris esse, vulgi assertio est,
Quam pectorum vulgarium sententiam,
A S L A C E, regiae decus magnum scholæ,
Sat cognite interpres sacratæ paginæ,
Scripto refutas elegantiusculo.
Politior nam, queso, quid scientia est,
Si non: Via compendiaria & noua
Docere quid factò opus, belle suis
Ut mens & interpres diserta oratio
Fungantur & foris domique partibus.
Quod dum polito sepius quam septies,
CVNRADE, ad vnguem opusculo, ceu virgula
Monstras sacra: quis entheæ scientia
Doctoribus sat iure iusto deroget
Politulam scientiam & facundiam.